

potenti deo non inmerito fore dignoscitur elemosinarum largicio graciosior et acceptior quam quis facit incolumis Atque sanus, Idcirco premissorum consideratione mota Ego jngiburgis Relicta domini .M. joansson bone memorie, Curiam meam vallar in sudhermannia parochia bughastaf, quam Archiepiscopo et Ecclesie vpsalensi in meo legaueram testamento, Nunc de beneplacito et consensu dilectarum filiarum mearum, Margarete et jngiburgis, in meorum remissionem peccatorum titulo donacionis inter viuos ex nunc confero, assigno et proprio dicto domino Archiepiscopo et Ecclesie memorate, Cum subscriptis predijs et pertinencijs, iure perpetuo possidendam, videlicet in ipso fundo curie wallum. sedecim solidos. jn villa byærghum eadem parochia Octo solidos. jn Thyurinby in proxima villa. decem denarios. jn villa Ekla. sex denarios. tercia parte denarii minus. jn villa hesliby. quinque denarios. jn klæpsta parochia Thÿstiberghum duos solidos. jn sythum in Eadem parochia vnam oram terre. cum duobus denariis. et dimidio. vnum molendinum situm iuxta klepsta. Et in presenti donacione assignacione et appropriacione dicte Curie proprietatem cum possessione transfero in dominum archiepiscopum et Ecclesiam vpsalensem jta quod dictam Curiam permutare vendere seu distrahere et alio quocumque modo alienare valeant libere et licite pro sue libito voluntatis. vt autem premissa mea ordinacio irrefragabilem firmitatem haberet, jdeo ex parte mea dati et assignati sunt per discretum virum hemingum Thorstenson apud aspuløt in communi placito prouincie Røntunum domino archiepiscopo vpsalensi et Eius Ecclesie firmarij wlgariter dicti fastar, quorum dacionem et assignacionem ratifico, et habeo et habere volo inperpetuum ratam atque gratam. jn premissorum autem omnium robur testimonium et Euidenciam pleniorum, sigillo meo et sigillis dilectarum filiarum mearum predictarum feci presentem litteram communiri, Datum apud Curiam meam huarfstadhi. Anno domini. M°.CCC° secundo, feria quarta proxima ante dominicam palmarum.

Sigillen, med undantag af No 1, föga skadade.

1363.

1302 d. 22 April.

Lund.

HENRIK, JOHAN BRUNSWIKS sons testamentariska anordning af sin qvarlätenskap till kyrkor och kloster i Lund, samt till enskilda personer.

B. 1: 215.

JN nomine patris et filii et spiritus sancti amen Ego HENRICUS FILIUS JOHANNIS dicti BRUNSWICH. sciens nichil esse cercius morte et nichil incercius hora mortis. licet corpore debilis sanus tamen mente de bonusculis michi a deo datis testamentum meum condo et ordino in hunc modum Jn primis

lego ecclesie beati andree lundis apud quam eligo sepulturam. duas marchas denariorum sacerdoti ibidem dimidiam marcham den. et ministro oram den. jtem fabrice ecclesie lundensis marcham den. jtem fratribus minoribus lundis dimidiam marcham den. jtem fratribus predicatoribus tantum jtem singulis ecclesiis lundis oram den. sacerdotibus earundem tantum, ministrorum cuilibet solidum den. jtem ecclesie beati petri monialium lundis. II oras den. jtem ad mensam earundem tantum jtem puero meo petro cappam meam griseam et vnam marcham den. jtem ascero braxatori dimidiam marcham den. jtem attoni. duas ocreas jtem lucie vnum lectum jtem botilde. tunicam meam bruneticam jtem ketoløgh vnum pellicium jtem ad laudem omnipotentis dei et cultum ipsius ampliandum ac anime mee. animarumque parentum meorum remedium. lego ad anniuersarium meum. anno quolibet in lundensi choro perpetuo celebrandum. quandam tabernam quam jure hereditario habui post patrem meum dilectum que est inter tabernas mercatorum ad partem fori orientalem sita. media inter tabernam mathei joonson ciuis lundensis et tabernam mathei fratris mei vterini. de cuius pensione volo quod quolibet anno deducentur due ore den. inter scōlares pauperes diuidende et due ore ad commodum fabrice ecclesie lundensis conuertende. residuum autem pensionis taberne supradicte. volo quod inter canonicos et vicarios qui vigiliis et misse interfuerint. diuidatur. hoc prouiso. quod memoria animarum dilectorum michi patris et matris in predicto anniuersario meo annuo habeatur. volo insuper. quod prepositus lundensis. quicumque pro tempore fuerit curam predicte gerat taberne. et in sua ordinacione disponat prout superius est expressum Exsequtores autem huius testamenti constituo et ordino. dilectos michi in christo. matheum joonsson. hartleuum et johannem brochos. ciues lundenses rogans ipsos humiliter et deuote vt hanc meam vltimam voluntatem prosequi velint ad effectum prout coram deo audeant respondere. In cuius rei testimonium sigillum capituli lundensis vna cum sigillo meo et sigillis exsequtorum meorum necnon sigillo nicolai fratris mei vterini. presenti testamento rogo apponendum Datum lundis anno domini MCCC secundo decimo kal. maij.

1364.

1302 d. 20 Maj.

Upsala.

Domprosten ISRAEL PETERSSONS gåfvobref på Nysta till sin slägtinge Magister Andreas, och efter hans död till Lagmännen Birger och hans arfvingar med förbehåll af öppen utfärdsväg för gården Runby.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras Inspectoris ISRAEL PETRI prepositus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Vniuersitati vestre significo per presen-